

ALBERTUS CRUCIGER LŐCSEI PAP LEVELE
PAUL EBERHEZ WITTENBERGBE (1563)

Albertus Cruciger 1544 júniusában iratkozott be a wittenbergi egyetemre Albertus Lauio Leutzschouiensis néven.¹ Külföldi tanulmányairól magisteri címmel tért haza. 1553-ban van róla adatunk ismét, ekkor iskolamester Lőcsén, az 1550-es évek közepétől ugyanitt papként működött. 1566-ban Fröhlich Tamás javaslatára Selmecbányára hívták meg, közben azonban Rozsnyón is lelkészkedett. A meghívólevél augusztus 28-án kelt. Év vége felé érkeztetett meg Selmece, ahol hamarosan köszvénybe esett, fekvő beteg lett. 1567-ben a város Conon Lukácsot hívta meg papnak, ennek ellenére tovább fizették Crucigert is. 1568 elején újabb meghívólevelet kapott, ezúttal az ansbachi fejedelmi tanácstól. A meghívást betegsége miatt nem fogadhatta el. 1570. február 3-án feleségét már özvegyként említik a források.²

A reformáció magyarországi térhódítása idején, a hitviták közepette hazánkból vitás ügyekben gyakran fordultak külföldi tekintélyekhez. A wittenbergi egyetem véleményét János Zsigmond fejedelem is kikérte 1561-ben az erdélyi reformáció ügyében.³ A fejedelemhez címzett válaszlevél aláírói közt szerepel Paul Eber wittenbergi lelkész, a teológia doktora,⁴ akihez egy év múlva a házassági esküvel kapcsolatban kérdéssel fordult a Wittenberget megjárt lőcsei Cruciger.⁵ Eber 1561-ben jelentette meg Melanchton Szent Pál apostol korintusiakhoz írt leveleinek kommentárjait,⁶ melyben előkerülnek a levélben érintett problémák. Cruciger leveléből azonban kitűnik, hogy Ebertől levelet is kapott a most érintett kérdésekről. Lőcsén Cruciger összeütközésbe került bizonyos személyekkel (talán éppen városi tanácsosokkal), akiket levelében képmutatónak nevez. A házassági eskü ellen az

¹Révész Imre, *Magyar tanulók Wittenbergben Melanchton haláláig*. in *Magyar Történelmi Társ*, 1859. p. 220.

²Adataink forrásai: *Hain Gáspár Lőcsei krónikája*. Kiad. Bal Jeromos, Förster Jenő és Kauffmann Aurél. Lőcse, 1910-1913. pp. 103, 106, 277, 278. – Breznyik János, *A selmecbányai ág. hitv. evang. egyház és lyceum története*. I. Selmecbánya, 1883. pp. 200-201. – A forrásokban előforduló névalakok: Lavius, Lanus, Cruciger, Kreutzer. Újabban előfordul a Lasius alak is (Rezik, Ján-Matthaeides, Samuel, *Gymnaziológia. Dejiny gymnázií na Slovensku*. Bratislava, 1971. p. 217.) – Bartholomaeides János László szerint – *Memoria Ungarorum ...* Pest, 1817. p. 18. – Cruciger 1533-ban volt rektor Lőcsén. Nyilván sajtóhibáról van szó, hisz az általa hivatkozott helyen Korabinszkynál 1553 áll.

³Vö. RMNy 189.

⁴A fejedelemhez címzett levél fogalmazványa és egy másolata: Gotha, Forschungsbibliothek, Chart. A. 124. ff. 112-115.

⁵A levél eredetije: Gotha, Forschungsbibliothek, Chart. A. 126. ff. 1-2.

⁶Wittenberg, 1561, Joh. Crato.

evangélium szavával érvel: Krisztusért el kell hagyni a feleséget is, az eskü szavai azonban mindenképp elé helyezik a hitvesi hűséget, megbéklyózzák a lelkiismeretet. Cruciger változtatni akar, ehhez kéri Paul Eber támogatását.

Az az itt Paul Eber leveléből idézett gondolat, hogy a különböző népek természetének és erkölcsének összevetéséből magyarázható, sőt igazolható a törvények különbözősége, táplálója volt a magyarországi németiség növekvő öntudatának. Cruciger is megfogalmazza: ő nem a törvényeket nehezen elviselő magyaroknak, hanem az egykori gepidák földjén száz jog szerint élő németeknek a papja.

Hogy Cruciger megvalósított-e valamit kezdeményezéséből, nem tudjuk. Azon életrajzi adatokból azonban, hogy rövidesen Rozsnyóra távozott, s ott is csak rövid ideig lelkészkedett, továbbá a levélben említett viszálykodásból arra következtetünk, hogy elképzeléseit nem tudta a gyakorlatba átültetni.

A levél szövege:

M. Albertus Cruciger.

Salutem a Deo patre, per Dominum nostrum Jesum Christum.

Accepi tandem tuas, Reverende domine Pastor et cariss[ime] Praeceptor, iam dudum summo cum desiderio exoptatas literas, atque tibi, pro fideli et paterna admonitione et institutione, magnas ago gratias. Dum autem attentius singulae, quae scripsisti examino, magis quidem magisque agnosco, tuum erga me et gentem nostram φιλοσοφείν sed crescit quoque ardor animi, tecum coram loquendi. Licet enim sapienter, et satis maturo consilio, singula membra tui scripti concinnata sunt: tamen multa mihi in mentem veniunt, de quibus praesens cum praesente colloqui optarem. At quoniam longinqua locorum distantia, me ministerio Ecclesiae devinctum, domi manere cogit, breviter quaeso aliqua saltem, quae me suspensum tenent percipe. Legi attente et cum singulari oblectatione paragraphum, in quo ex collatione naturarum et morum diversarum gentium, legum diversitatem probas, atque ideo Marciales homines, severiore vinculo, ad fidem coniugalem astringendos, quam qui disciplina et humanioribus artibus exculti sunt: Simul quoque indicas, te abhorrere a tyrannica exactione iuramenti, in Ecclesijs verbo Dei pie reformatis. Et quanquam aliquas meas rationes bonis fundamentis nisi iudicas, mones tamen ne si Semel abolere velim, inveteratum et late observatum ritum, in gente alioqui minus domabili, periculum sit, non parvi scandali et turbationis. Agnosco et vera gratitudine praedico, tuam erga nos paternam sollicitudinem. Sed scire te quoque expedit: Nihil mihi negotii esse, cum gente Hungarica, quae, ut vere scribis, difficulter fert legum frenos, neque enim illis, sed natione et lingua germanis, in ea terra, in qua olim honestissimae gentis Gepidorum sedem fuisse, etiam nominis affinitate ostendi eruditus placet, et iis qui legibus politicis, ex Saxonico iure depromptis utuntur, ac Evangelij vocem in annum usque XIX incorruptam audierunt: ijs inquam, ut vel tandem, fidem matrimonij, sanctissimorum patrum veteris et novi testamenti, et consuetudini reformatarum Ecclesiarum, conformem reddant, consului, qua in re, te mecum sentire, quantum ex tuis literis intellexi, arbitror. Potuissem autem, sacris adhibitis concionibus, persuadere populo, ut hanc scripturae sententiam am-

plecterentur, ni mihi restitissent quidam Hypocritae, non quidem rationibus, neque scripturae testimonijs, sed convicijs et falsis criminationibus: Ideo distuli totam hanc causam, donec tuas legerim literas. Nunc quia in eam partem videris scribere, ut ritum longi temporis usu confirmatum tolerare debeam, tibi morem geram, nisi forte conscientia alio me impellat. Durum enim videtur, cogere quem ad assumendum nomen Dei, in confirmandam rem impiam et impossibilem. Attingis quidem, cariss[ime] praeceptor, in posteriore parte tui scripti, sed non prorsus eximis hunc scrupulum. Certum quidem est, quod dicis, iuramentum matrimonij exigi in re sacra, et legi Dei consentanea: Sed verba illius iuramenti, quae mordicus a nostris retinentur, pugnant cum expresso mandato Evangelij, quod in causa confessionis iubet relinquere, et coniugem, et liberos, et omnia, propter nomen Christi, cum verba iuramenti, omnibus necessitatibus et causis, praeferrere iubeat coniugem. Quid hoc aliud est, quam iniicere laqueum conscientijs, tunc cum necessario deserenda est coniunx, aut plurius facere coniugem, quam sibi iuramento quis obstrinxit, eo foedere, quod in Baptismo nobiscum pepigit Deus? Perhorresco haec cogitans. Quanquam igitur iuramentum matrimonij utcunque tollerari possit, tamen asperitas sermonis hactenus usitati, certe quantum ego iudicare possum, emendanda erit. Sed neque hanc emendationem mihi sumere ausim, propter levissimorum hypocritarum virulentos morsus, quibus etiam hosce meos conatus infringere tentant. Quare te carissime Domine Praeceptor, propter gloriam Dei, etiam atque etiam oro, ne graveris, tuam mihi sententiam brevi saltem scripto significare. Vereor sane tibi hoc oneris, quem alioqui occupatissimum esse scio, imponere, praesertim cum hucusque nulla sint mea erga te merita, cogit tamen ministerium, quod vos mihi, auspice Deo, commendastis, ut haec a te summis precibus contendere non dubitem. Certus te plurius aestimaturum, salutem conscientiarum et gloriam Dei, quam ulla, etiamsi quae intercesserint mea in te merita. Quamobrem iterum atque iterum maiorem in modum rogo, decisivam sententiam, praesenti cum tabellario ad me perscribas. Hanc piam operam, Deus largiter remuneraturus est. Meam tibi quoque gratitudinem polliceor perpetuam. Bene et feliciter vale in Christo, una cum coniuge et liberis. Data Leutschoviae XIX. Septembris Anno M. D. LXIII.

Clariss[imum] Virum D[ominum] Casparum
Peucerum, praeceptorem cariss[imum]
reverenter saluto.

M. Albertus Cruciger
Evangelij minister

Címzés:

Reverendo Viro Pietate Sapia et Dignitate praestanti
Domino Paulo Ebero Sacrae Theologiae Doctori
et Pastori Ecclesiae Vitebergensis
Mecoenati et praeceptori carissimo